



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiae Moralis  
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros  
partitum**

**Laymann, Paul**

**Moguntiae**

5. Quæ conditiones requirantur ne professio in religione sit valida.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40716**

Si Nouitijs ab ordine recedat, non est obligatus ad expensas ordini soluendas: Ratio, quia ita monasteria fundata esse oportet, vt libera Nouitijs egressendi facultas relinquatur, quæ tamen impedita foret, si ad expensas soluendas tenerentur. Excipit nisi consuetudo sit, vt pactum ineatur de expensis soluendis, qualis in Monialium quibusdam Monasteriis viget.

## C A P. V.

*Quæ conditiones requirantur, vt professio in religione valida sit.*

Professio in Religione duplex est: alia expressa, seu verbo scripto; alia tacita V. C. si quis post annum probationis Professorum habitum proprium triduo gestauerit, imò intra triduum post annum Probationis Actum professorium exerceat V. C. in Capitulo suffragium ferat.

Tempus probationis ob iustam causam Nouitijs Religionis prorogari potest V. C. ob morbum, ob defectum ætatis, &c.

Ad professionem in Religione tria necessaria requiruntur. 1. Qualitas seu aptitudo personæ uolentis legitima ætate anno exacto probationis in habitu religioso, & sine impedimento substantiali. 2. Consensus & acceptatio eius ad quem pertinet, aliquem Religioni incorporare. 3. Vt professio sponte fiat non cogente graui metu.

Sicut matrimonium carnale; ita etiam Religio assumptio per tria vota substantialia ob nullum errorem qualitatis seu accidentariæ conditionis infirmatur V. C. si quis simulet se sanum, & cum leprosus sit, legitimus, cum sit illegitimus.

Ad

- 5 Ad professionem requiritur, eam acceptari a Prælo Ordinis cum consilio, imò etiam consensu Capituli. Unde si non acceptur professio. Professus non obligatur, quia professio Religionis continet in se quasi contractum & obligationem reciprocam inter profitentem & Monasterium cui incorporatur. Ergo si altera pars non acceptet, nulla oritur obligatio.
- 6 Metus grauis & iniustus ipso iure infirmit Professionem Religiosam, ut nulla exinde obligatio oriatur V. C. si Nouitius incarcerationis fuit propter, quod discessum petierit: Item metus reuerentialis; si minentur consanguinei nihil amplius subsidii præbendum si è religione egredia tor.
- 7 Post quinquennium à die professionis non auditur Religiosus in externo foro, si dicat professionem suam ob metum vel aliud impedimentum irritam fuisse.
- 8 Licet alicuius professio ipso iure irrita fuerit, tamen subsequente expressa vel tacita ratificatione coram Prælo iisque quorum interest, facile conualescit.
- 9 Qui actum ratificat, scire debet, eum ex iuris dispositione irritum esse, cum enim incogniti nulla voluntas sit, non potest is censei ratificasse professionem, quam ignorauit esse irritam, quemadmodum si quis ad sponsalia, vel alios contractus esse velit, quia nescit irritos esse, cognito errore restituere potest.
- 10 Qui graui metu adactus sacrum ordinem suscipit, non obligatur ad continentiam per se loquendo, secluso scandalo, si tamen ratificet, utpote tamen caractere insignitus incipit obligari.